Si creditor. Promisisti mihi centum soluere in die pasche ꝛ si non solueres promisisti quinquaginta loco pene facimus nouationem tu non soluis ad diē promissum: vtr pena cōmittatur. rñdetur ꝙ non.

Seruus. Sticho seruo meo debebat titi⁹ cētuz q̄ seru⁹ meus ei mutuauerat ex peculio suo. vtruz stichus seru⁹ possit nouare hanc obligationē sine consensu meo. rñdetur ꝙ nō imo si secundo stipuletur. videtur potius adiecisse aliaz stipulationem prime stipulationi.

Delegare. Plana est.

Nouatione. Ego mutuaui tibi cētum ꝑ quibus obligasti mihi pignus quoddam. ego stipulor ista centum ab alio nouandi animo. sic tu liberatus es. An autē pignus tuū sit liberatum. rñdetur ꝙ sic. nec etiam vsure currunt.

Doli mali. Tu induxisti me dolo vt tibi promitterem cētum vel cum essem filiusfamilias dedisti mihi mutuū cōtra senatusconsultum macedonianū. Tu videns ꝙ si me conuenias ego opponerem exceptionem senatusconsulti: vel exceptionem doli delegasti me cuidam creditori tuo: puta titio. Nunc queritur vtrum possim hijs exceptionibus vti contra creditorem cui sum delegatus sicut possem vti contra te. rñdetur ꝙ non: q; in hac secunda promissione nihil dolo vel cōtra senatusconsultum factum. Secus est in muliere: q; semper ꝑmittendo pro alio videtur fideiubere contra senatusconsultum velleyanum. Cetera clara sunt vsq; in finem. l. ꝛ est pulchra lex. Item lex sequens plana est.

Si debitorem. Jussi debitorem meū tibi soluere: an possis istud debitum statim recuperare. rñdetur ꝙ non nisi prius cedam tibi actiones meas, ꝛ faciam te procuratorem in rem tuam.

Si quis. Habebam debitorem bononie cum essem rome tu stipulatus es ab eo me absente: postea ego sciēs istam stipulatiōem habui ratam. dicitur hic ꝙ nouatio facta est valida. post istam ratihabitionem. lex sequens plana est.

Nouatio autē. Dicitur in hac. l. ꝙ nouatio nō potest fieri ex ea stipulatione que non potest cōmitti: ꝛ pone exēplum vt in glo. prima. videbatur contrarium q; reperitur casus in quo pōt fieri nouatio ex ea stipulatōne: que non potest cōmitti vt hic. pone enim sic. sempronius debebat mihi centū pure. hec centum stipulatus sum a titio sub conditōne pendēte conditione si titius moritur ꝛ conditio impleta sit ante adiram hereditatem: statim fit nouatio: ꝛ tamē stipulatio non potest cōmitti: cum nullus sit adhuc heres qui conueniri possit: ergo ꝛc. Sed rñdetur ꝙ hic morte titij non extinguitur stipulatio: q; transit ad heredem ipsius titij: cuius personam interim hereditas sustinet.

Non ideo. Dictuz est. s. in. l. cui recte. ꝙ ille potest nouare: cui recte soluitur. hoc non est semper veruz. Nā hijs qui sunt in nostra potestate recte soluitur id quod ipsi crediderunt. Tamen ipsi non possunt nouare priorem obligationem l. sequentem vide per teipm.

Optor. Vendidi titio equum meū pro centuz. ego delegaui ipsum creditori meo qui ab eo stipulatus est ista centum. ¶ Queritur vtrum vsuras debeat mihi aut creditori meo. rñdetur ꝙ neutri debet: nec mihi nec creditori meo.

Fundum. Tu promisisti mihi fundum cornelianum. postea promisisti mihi precium eius, vtrum hic sit facta nouatio. rñdetur ꝙ nō: si non nouādi aio fit facta hec secūda stipulatio. tamē secūda stipulatio est valida ex qua pecūia: ꝛ nō fundus debetur. Intantū ꝙ si promissor fundū soluat. secunda stipulatio non tollitur ipso iure. nec etiaz si actor contestet litem super prima tollitur secūda. Item si actor agat ad fundū ꝛ melior vel deterior factus sit fundus estimatio eius debet presens ex secunda autē stipulatione si petatur preciuz: venit estimatio que fuit tempore secunde stipulationis.

Aliam causam. Duplex est nouatio. quedam est voluntaria: quedam necessaria. voluntaria est que fit per stipulationem extra iudicium. Necessaria est que fit in iudicio per litem contestatam. Et est magna differentia inter istas duas nouationes. Nam per voluntariam nouationē perdūtur priuilegia illius actionis que nouatur. vt apparet in actione tutele: quā si pupillus post pubertatez deducat in stipulatū perdit sua priuilegia. Item in actione dotis: etiam si nouatur perduntur eius priuilegia. Secus autem est in nouatione necessaria: que per litem contestatam fit. q; per litis contestationez facimus conditionē nostram meliorem: vt licet cernere in actionibus que tempe finiuntur. naz si super eis lis contestetur perpetuantur.

Paulus respondit. Titius debebat mihi centum aureos: ꝛ pro hac summa ōdit mihi pignora. ego nouandi animo stipulatus sum hanc summaz sempronio: ita vt omnino ab omni priore obligatione discederē. Nunc queritur vtr iste secundus promissor possit obligare pignora que erāt prioris debitoris. rñdetur ꝙ non.

Item aliquā. Pone casum vt. ff. e. l. quotiens. ¶ Fiduo rei. Stipulati sumus tu ꝛ ego a titio centū. ꝛ fiat sumus duo rei stipulādi. hic queritur de duabus questionibus. primo an vnus reorū stipulandi habeat ius nouandi. Item secundo queritur quid iuris vnusquisq; habeat in tali stipulatione. primo rñdet ad secūdam questionem. ꝛ dicit ꝙ vni reorum stipulandi recte solui potest. Item si vnus reoꝝ petat in iudicio. videtur totam cām in iudiciū deducere vsq; ibi. item vnus. ponit aliud dicens: ꝙ vnus acceptū ferendo tollit totā obligationē vsq; ibi ex quibus. facit conclusionē ꝙ vnusquisq; videtur sibi acquisisse in hac obligatione: ac si ipse sol⁹ esset stipulatus. deinde ibi secundū quod. Rñdet prime questioni dicens ꝙ etiam vnus reorū potest nouare totā obligationē ratio est q; ea stipulatio de qua pauloante dixit est similis solutioni vsq; ibi alioquī vbi ponit quedam sequi inconuenientia: si predicta non essent vera: q; sequeretur ꝙ si tu ꝛ ego haberemus vnū debitorem cōmunē: ꝛ ego euz delego creditori meo. ꝛ ipse creditor stipuletur ab eo: q; non liberaret a te. qō tamen est absurdum dicere. vel si mulier iussit fundum sibi et alij promissum doti promittere vel ipsa met promittit. naz debitor fundi liberabitur.

Ate hominē. Stipulor a te hominē: ꝛ a seyo stipulor decem. postea ab aliquo tertio stipulor hoc modo. ꝙ illuz ꝛ seyuz dare oportet promittis mihi. ille promittit. certe fit nouatio: q; totum deducitur in secundam obligationem.

Si titius. Titi⁹ hō liberalis volebat mihi donare. xx. aureos. ego dixi optime veniſti. ego habeo creditorem qui me premit quottidie rogo te da illi hanc summam ꝑ me: q; ei in. xx. teneor. Titius promisit creditori meo. de iure antē est ꝙ donator conuenitur inquātum facere potest: non in plus. Nunc queritur vtrum iste titius donator possit vti hac exceptione ne conueniatur nisi inquantuz facere potest: aduersus creditorem meum: cui eum delegaui. Rñdetur ꝙ non. q; creditori suum debitum recipit. non donationem aliquam.

Cubitari. Filijfamilias aut serui qui habēt debita peculiaria possunt ea nouare si ipsi stipulentur ꝛ conditionem suam meliorem faciant. Si vero alium iubent stipulari si faciūt dōationis causa nō valet. Si vero ideo iubent stipulari quasi negotiorum gestorem; tunc valet. ff. sequens ꝛ sequens clari sunt.

De solutionibus ⁊ liberationibus. Rubrica.

Quotiens. Debebā tibi cētū aureos: ex causa venditionis fundi ⁊ sine usuris. Item debebam tibi alia centum causa mutui sub usuris. Item alia centum sub maiori pena ꝙ sint usure. Soluo tibi centum scuta ⁊ dico ego volo ꝙ deducas mihi hoc debitum quod soluo in illud debitum qō debeo tibi sub pena. Tu dicis ego nolo, sed volo tibi deducere in debitum qō est sine usuris. queritur quis nostrum est potius audiendus. Respondetur ꝙ ego debitor qui soluo. Sed ponamus ꝙ ego sum negligens in eligendo in quod debitum velim solutum esse quid iuris. respondetur ꝙ tu creditor poteris eligere in quale debitum illud accipias: dummodo statim eligas: ⁊ in illam causam in quā si tu debitor esses eligeres. ⁊ ponit textus multa exempla que vide per te. Sed si a neutro dictum sit in quod debitum soluatur. tunc intelligitur solutum in illud debitum cuius dies: vel conditio iam venit hec dicit hec lex: cum tribus legibus sequentibus.

In hijs vero. Dictum est. s. e. l. iij. ꝙ si neuter nec creditor nec debitor eligat in quā causam velit esse solutum: ꝙ videtur esse solutum in hijs nominibus quorum dies aut conditio venit. Quid si duo debita cadunt in vnum diem: in quod videtur esse facta solutio. rñdetur ꝙ videtur facta in grauiorē causam. ⁊ est grauior causa siue grauius debitum quod sub satisdatione debetur: ꝙ id quod sine satisdatione debetur. §. sequentem vide per teipsum. Apud marcellum. Debebas mihi centum soluenda per terminos: videlicet quolibet termino. xxv. tu tantū cessasti in solutiōe ꝙ usure ascendunt usq; ad xv. Nunc venis ⁊ soluis. xxv. ego dico tibi ꝙ volo ea tibi deducere in sortem: ⁊ in usuras. hic queritur utrum oīa ista. xxx. deducantur in sortem: scz. xxv. ⁊ qō supereſt scz. v. deducentur in usuras. An vero econtra. rñdetur ꝙ primo deducuntur. xv. in usuras: ⁊ ꝙ supereſt scz alia quindecim deducuntur in sortem vt sic primo ⁊ ante oīa soluantur usure: postea sors rationem accipe in. l. sequenti.

Si quid. Tu debebas mihi centum ex causa furti. Item debebas mihi alia centū causa venditionis. tu soluis et nullus nostrū exprimit in quā causam soluatur. Certe dicitur hic ꝙ videt esse solutum in causaz furti: qz est grauior. itez ex cā iudicati ⁊ non iudicati debitū: videt esse solutū in cām iudicati. Item debebas mihi decē ex causa. l. acquilie. ⁊ alia. x. causa venditōis. certe si soluas nullo nostrū exprimēte in quā causaz soluatur. videtur esse solutū in causam. l. aquilie: qz crescit per infictationem.

Illud non. Titius debebat mihi. xx. ex causa venditionis. item alia. xx. ex causa locationis. ⁊ oīa ista debebat mihi soluere in vno die soluit. xx. que recipio. ⁊ non dicit in quā causaz soluat: nec ego dicitur hic ꝙ media pars scz. x. deducentur in causam venditionis: ⁊. x. in causam locatiōis ꝓ equali portione.

Si stipulatus. Planum est hoc principium cum §. seq.

Quod stipulatus. Cuz stipulor mihi aut alij alternatiue alius nec novare nec petere nec acceptum facere potest: sed tantum ei solui potest. h. o. l. sequens plana est.

Ero procuratori. Hec lex qttuor principaliter dicit. primo dicit ꝙ si quis soluat meo procuratori cui specialiter mandaui vt pecuniā reciperet vel cui omniū negotiorum administratio nem dedi liberatur. Secūdo ibi: interduz tamē dicit ꝙ aliqñ licet non sit quis procurator. si tamen ei soluatur liberatur debitor sicuti contingit quando quis stipulatur sibi aut titio nā soluendo titio liberatur debitor. Tertio dicit. pone ego debebam tibi decem tu mandasti mihi ꝙ ea titio soluerem. postea penitens mandasti ꝙ non soluerem titio. ego autez ignorans te vetuisse soluī. certe liberor. Si autem sciuero non liberor. Secus est si aliquis stipulatur sibi aut titio: qz licet prohibeat stipulator ne titio soluatur: non eo minus ei soluendo liberatur debitor: quia stipulatio ista habuit tacitam conditionem: vt ei possit solui quam conditionem stipulator non potest mutare. Quarto dicit licet non soluat quis vero procuratori si tamen dñs. i. creditor ratum habeat liberatur debitor ⁊ debet habere ratum statim postq̄ scit: quod qualiter accipiendum est habetur in. l. sequenti.

Quod si forte. Pone casum debebam titio decem tu venis ad me. ⁊ dicis titius mandat tibi ꝙ des mihi decem que ei debes. ego dico ostende litteras suas siue procuratorium tu respondes: ego promitto tibi ꝙ ipse habebit ratam solutionem: solue mihi audacter dixi sum contentus tibi soluere sub tali conditione: ꝙ si titius creditor meus non habeat ratum ꝙ condicam a te istam pecuniam. ⁊ bene dixisti fiat. Titius creditor non habet ratam solutionez. certe ego potero cō dicere pecuniam istam a te. Sunt quidam. Iste. §. bene distinguit genera tutorum. ⁊ breuiter dicit: ꝙ omnibus tutoribꝰ qui hic numerantur: recte soluitur. cetera satis plana sunt cum §. sequenti ⁊ vsq; in finem. l.

Pupillo. Pupillus non potest accipere debitum sine tutoris auctoritate. sed ponamus ꝙ pupillus nō petit debituz sed delegat alteri: an hoc facere possit. Respondetur ꝙ non. Si tamen aliquis pupillo soluerit. ⁊ postea iteruz pupillus petat si nūmi soluti sunt salui. pupillus repellitur doli mali exceptione.

Ob conditione. Debebam tibi decem sub conditiōe si nauis ex asia veniret: tu me ante conditionē existentem liberasti: post existit conditio. certe videor liberatus fuisse. eo tē pore: quo me liberasti. idem est in solutione facta ante conditionis aduentuz: qz conditione existente: videtur debitor liberatus: eo tempore quo soluit.

Cassius ait. Debebam sempronio centum aureos dedi tibi hanc summam vt eam sempronio pro me solueres. Tu nequā homo. qz forte eidem debebas dedisti hanc pecuniam tuo nomine non meo. dicitur hic ꝙ neuter liberatur ego non. qz non dedisti nomie meo. tu non qz alienam pecuniam soluisti. tamen tu teneris mihi actione mandati. ⁊ etiam furti. Tamen si creditor eos nūmos cōsumpserit sine dolo malo. tu liberaberis qui eos dedisti. Nam aliter si necq; tu necq; ego liberarer: creditor luci faceret hanc pecuniam iniuste.

Si quis seruo. Habebam seruum stichum fidelem hominem quem misi in prouinciam quandam vbi mihi debebatur magna summa pecunie vt eam recuperaret. quedam debita recuperauit. quedam non. Interim ego manumisi stichū post māumissionē veniūt hij q̄ nō soluerāt ⁊ soluūt huic sticho māumisso. Queritur nūc vtr ipi liberēt. distinguit vtr ista debita q̄ soluta sunt post māumissionē fuerint ꝺcta ex ꝺtractibus domini: an ex contractibus peculiaribus. primo casu necesse ē ꝙ ignorauerint eum debitores manumissum fuisse quādo soluunt ei. Si vero hec debita sunt facta ex contractibus peculiaribus: tunc non nocet debitoribus si sciunt eum manumissum quando soluunt. si tamen ignorēt ei peculiū esse ademptū Et in vtroq; casu iste stichus tenetur dño actione furti: si causa intercipiendi hanc pecuniaz a debitoribus Et probat hoc ratione tali. Nam si debitori meo mandauero vt pecuniā soluat titio meo creditori. deinde vetuero titium accipere. titius autem simulans se procuratorem esse hanc pecuniam recupet cōmittit furtum. debitor tamen liberabitur.

Fugitiuus seruus. Stichus seruus meus a me fugiens surripuit mihi nūmos quos dedit mutuos titio. dicitur hic ꝙ titius est mihi obligatus. Si aūt titius existimabat hūc stichuz liberū esse ⁊ ei soluerit: liberabit a me. Quid aūt si iste stichus non recupauit istos nūmos sed iussit titiū debitorem: alicui alteri soluere. ⁊ id ratū habuit. certe hoc casu non liberatur a me. Et est ratio: qz prio casu qñ soluitur ipsi stichо. intelligūtur nūmi fieri mei: ⁊ quasi mihi soluti. alioquin casu nō ita est scz quando iussit alij soluere pecuniam.

Si rem meaz. Debebam tibi rem aliquā ex cā legati vel alia causa. Istam rē ego obligaui titio. postmodum illā tibi soluī: an liberer, rñdetur ꝙ non: qz creditor cui eā obliga-

ui potest eam a te auferre actione seruiana: vel ypothecaria.

Si decem. Pulcher casus: ⁊ est talis. Stipulatus sum a titio decem postea stipulatus sum a seio hoc mō: sei ꝑ mittis mihi ꝙ solues: quātominus ex his decē fuero a titio consecutus: ille ꝑmittit. facio cōuenire titium ⁊ condēnari. certe seius ꝓpter hoc nō liberabitur: q⁹ forte titius nō erit soluēdo. Si aūt fecero prius cōuenire seium. certe titius in nullo liberabitur. nam est incertum an seius fit aliq̄d debiturus. Nā si titius totū soluerit. certū est ꝙ seius nunq̄ fuit debitor: cum promiserit sub conditione si non totum fuero a titio consecut⁹ cum ergo totum sim consecutus deficit conditio. lex sequens plana est.

Solutionē. Titius fecit cōuenire debitorē suum in iudicio. seius obtulit se pro debitore in iudicio: dicēs se velle accipere iudiciū ꝑ isto debitore. queritur vtrū iste debitor liberetur. Rñdetur ꝙ sic etiam inuitus ⁊ ignorans.

Si fideiussor. Duo erant debitores titij: scz meuius et seius. ⁊ quilibet in decem. Ego fideiussi ꝑ ambobus in dena. ⁊ sic ego teneor in .xx. Si ego soluo vigīti liberatur vterq̄ meuius ⁊ seius. Si aūt soluo decē iterū vterq̄ liberatur pro dimidia pte: q⁹ q̄libz liberatur in q̄nq̄. Quid aūt si tantū soluo quinq̄. quis reus erit releuatus. rñdetur ille de quo actum est. Si vero nihil inter nos actū est quis debitorū releuet. deducenda est ista summa in antiquius debitū. Si aūt soluo .xv. si appareat quid est actū: tūc ille de quo actū est erit releuatus in decē. alter vero in quinq̄. Si aūt nō appareat quid est actū tunc antiquior debitor releuatur in .x. alter aūt in quinq̄.

Ex parte. Pater meus debebat decē titio. Mortuus autem me instituit heredē ⁊ fratrē meum. ego solui ista .x. in solidū. credens me debere tota .x. dicit hic ꝙ possum condicere a creditore q̄nq̄ que nō debebā in aliis q̄nq̄ liberor ab eo. ponamus aūt ꝙ anteq̄ condicā illa q̄nq̄: altera pars fratris mei obuenit mihi. ⁊ sic tenebar ad tota .x. certe si velim tunc repetere a creditore poterit me repellere doli mali exceptione.

Si creditor. Titius mutuauit mihi centū pro q̄bus obligauit sibi fundū. ⁊ feci pactū ꝙ si nō soluerem in termino cōuento: ipse posset vendere fundū termino aduenīēte nō soluo: quapropter creditor vendit funduz: ⁊ accepit p̄cium: scz centuz: an ego sum liberatus. rñdetur ꝙ sic. Idem si ipse creditor remisit fundum ipsi emptori: alias ab alio essz stipulatus vsq̄ ibi. sed ⁊ si pone sic casum. Creditori meo pignorauī seruuz ꝑ .xx. non soluo. ipse creditor vendit seruum. dicitur hic ꝙ ego nō liberor infra tempa: quibus potest seruus rediberi. i. infra sex menses: q⁹ actio redibitoria durat sex mensibus. sed illis trāsactis ego sum liberatus: sicut euenit in quolibet pignore vendito q̄diu potest res fieri inempta.

Etiam circa. Debebas mihi fundum ex stipulatione: vl ex testamēto. Tu soluis mihi eum: sed non promittis de euictione. dicitur hic ꝙ semper possum petere fundum debitū q̄diu deest aliquid iuris huic fundo. lex sequens clara est.

Cum stichus. Quando due species promittuntur duobus creditoribus nō potest vni vna solui: alteri alia sed debet cuilibz dimidia solui. secus est in summis: q⁹ possunt solui cuilibet vna summa. sicuti si tu promittis duobus .xx. potes cuilibet decē soluere: q⁹ in summis promissis apparet hoc actum: vt diuidatur actio per numerum. lex sequens plana est.

Inter artifices. Tu eras bon⁹ scriptor: ita ꝙ nullus melior erat in hac ciuitate q̄ tu: ideo ego eligens industriā tuam conduxi operas tuas vt mihi librum scriberes. Tu locasti librum scribendum alij: an libereris. Rñdetur ꝙ non: q⁹ ego elegi tuam industriaz. ⁊ ideo nō potes alium loco tuo substituere. ⁊ sic intellige de quolibz artifice: cuius industria eligitur. glo: ponit casum in .§. sequenti.

Si seruus. Seruus titij stichus: cū haberet peculium dedit mutuo centū seio. moritur titius relicto herede. seius ignorans titium mortuum: ⁊ ante hereditatem aditam soluit huic stichо seruo: an liberetur. Rñdetur ꝙ sic. idem est si seius soluerit huic seruo post eius manumissionē: cum ignoraret euz esse manumissum. cetera plana sunt vsq̄ in finem legis.

Quisibi. Tu promisisti mihi aut titio fundum cornelius num. tu potes ipsuz soluere titio qui est additus in obligatione ad solutionem. ponamus ergo ꝙ ipsi titio soluisti dictum fundum venit ser: ꝓnius qui dictum fundum euincit a titio. queritur nunquid ego possim agere cōtra te ad fundum. Rñdetur ꝙ sic. Et ponit exemplum sicuti si homiez aliquis mihi promiserit: qui erat statuliber. ⁊ postea perductus est ad libertatem q̄ mihi soluerat. certe possum ab eo iterum hominē petere. Qui stichum. Titius promisit mihi stichuz: aut philum. titius homo furibundus vulnerauit stichū. ⁊ sic eum mihi soluit queritur an liberetur. rñdetur ꝙ non. sicut etiaz nō liberaretur: si solum stichum promisisset ⁊ eum vulneratum soluisset. Item qui. Iste. §. quasi idem dicit qō superio: scz ꝙ si quis debet hominem ⁊ offert eum vulneratum non liberat. idem si accepto iudicio vulneratum offerat vel vulneratuz ab alio. ipse offerat non liberatur.

Quihominem. Stipulatus sum a te mihi aut titio decem aut hominem. Tu soluisti partem hominis titio. statimq̄ mihi soluisti decem. certe tu potes partem homis cō dicere a me quasi mea voluntate titio solueris indebitū. Idē iuris est si titius mortuus est cui partem hominis solueras. ⁊ postea decem solueris mihi. naz tu poteris a me condicere potius q̄ ab heredibus titij. Si duo. Titius ⁊ meuius stipulati sunt hominē a gaio. Gaius soluit partem pamphili titio ⁊ ptem stichi meuio ⁊ diuersorum hominū partes ipsis duobus reis stipulandi soluit: an liberetur gaius. rñdetur ꝙ non. Si vero tantum pamphili partes vtriq̄ soluisset: tunc liberaretur: q⁹ cōmunis obligatio hanc naturam habet. vt qō duobus soluitur vni videatur esse solutuz. Idem est in duobus fideiussoribus ꝙ si vnum hominem promiserint: nō liberantur soluendo partes diuersorum hominum. sed bene soluendo ꝑtes vnius bois vtriq̄ reo stipulandi. Stipulat⁹ suz. Tu ꝑmisisti mihi decē: aut titio boiez dare tu soluisti titio boiez: an sis liberat⁹. rñdet ꝙ sic. sz ātеq̄ tu dares boiez titio ego poteram decem petere. Si titium. Titium probum hominem: eo ꝙ adesse non poteram omnibus negotijs meis preposui: postea vetui eum administrare negotia mea ignorantibus de bitoribus meis. ipsi soluerunt huic titio: an liberētur. Respōdetur ꝙ sic: ex quo ignorauerunt eum esse reuocatum ab administratione. et reddit iurisconsultus pulchram rationem primi dicti: q⁹ qui aliquem preponit omnibus negotijs suis. videtur etiā debitoribus suis mandare vt illi soluant. Si nullo māda to. Tu qui debebas mihi decem putabas ꝙ mandassem titio vt pecuniam a te exigeret. ⁊ sic ei soluisti. certe tu nō liberaris q⁹ nemo soluendo ei qui se offert negotijs alicuius liberatur. Et cum fugitiuus. Stichus seruus meus fugiens a me aliquam mihi surripuit: ⁊ cum esset in alia prouincia vbi non cognoscebatur gerebat se pro libero: ⁊ rem meam vendidit empto: soluit ei precium. queritur vtrum a me liberetur. rñdetur ꝙ non. Si gener. Sempronius dedit bertam filiam suam in vxorem seio: ⁊ dotem mille aureorum solutuz est aliqua causa matrimonii. seius gener soluit dotez sempronio socero suo ignorante filia. dicitur hic ꝙ ipse gener non liberatur nisi filia illam solutionem ratam habeat. Nam filia est particeps huius obligationis. Si debitorē. Seius erat debitor mevus in centum. Iussi eum titio dare hāc pecuniam: cui volebaz donare centum. Titius hanc summam accepit ea mente vt eā mihi daret nō pro se retineret: an seius debitor liberetur a me. respondetur ꝙ sic. Sed ⁊ si titius postea hāc pecuniam mihi dedet fiet mea. Quidam filiumfami. Titius vendidit cuidā filiofamil. equū pro centum aureis: ⁊ fideiussores ab eo accepit. iste titius instituit heredē istum filiū famil. qui iussu patris sui adiuit hereditatez. hic queritur vtruz pater possit cōuenire fideiussores. rñdetur ꝙ non: q⁹ quotiens ille qui accipit fideiussores ab aliquo reo: ⁊ instituit reū heredē. fideiussores liberantur: q⁹ nō possunt eidem ꝑ eodez teneri. Si predo. Alii quis puta seius possidebat hereditatē nullo titulo. sed tanq̄

predo.exegit debita a debitoribus hereditarijs:cōuentus est iste predo petitiōe hereditatis a titio ⁊ victo⁹:ita q̄ cū alijs fructibus ⁊ rebus restituit etiā debita que exegerat. Queritur vtr debitores liberētur.rñdetur q̄ sic.§.sequēs plan⁹ est. ¶ Qui perpetua. Tu debebas mihi centum aureos feci tibi pactum de non petēdo.si tu soluis potes repetere.⁊ ideo si ex duobus reis ꝓmittendi alter fecerit pactū ne ab eo petatur si soluat nihilominus alter coreus su⁹ remanet obligatus:q⁹ soluēs potest pecuniam repetere.

¶ Quod seruus. Habebam seruū cū peculio suo.iste seru⁹ mutuauit pecuniā aliquibus:postea est venditus vl' manumissus,queritur vtrum debitores ei recte soluant id quod ex peculio mutuauit. Rñdetur q̄ sic.nisi apparet aliqua manifesta causa:qua posset cognosci dñm noluisse illi seruo solui. Idem est si iste seruus gessit negotia dñi, cetera clara sunt.l. sequentem vide per te.

¶ Quotiens vnus. Duo erāt rei ꝓmittendi.⁊ duo fideiussores vnus fideiussor gerendo negotium vnius rei soluit pro reo:pinde est dicendū:ac si ipse reus met soluisset partē vnius fideiussoris. Tamen de principali sorte nihil minuitur pro qualibet parte,sed tantū pro parte illius qui soluit vel pro quo solutum est.

¶ Cum quis. Planū est hoc principiū. ¶ Si debitorem. Habebam creditorē titiū ⁊ debitorem meuium. Iussi debitorē meuiū soluere titio creditori ⁊ eo:postea ipso ignorante vetui ne titius hanc pecuniā accipet. Si debitor soluerit:liberatur si titius accepit hanc pecuniā nō aio lucrifaciendi eā: vel furādi. Nā si aio furandi accepit nūmi remanēt debitoris ⁊ sic non liberatur a me. Tamen si iste meui⁹ debitor me⁹ vult mihi cedere cōditionē furtiuā:quā hz cōtra titiū creditorē meum habitur sibi exceptio cōtra me.⁊ pōit exemplū a simili. Si marit⁹ hēat debitorē i cētū:⁊ volēs dōare vxori iubet ⁊ debitorē soluer hāc pecūiaz vxori,certe debitor fi liberat:q⁹ nūmi nō fiūt mulieris.dōatio em̄ iter virū ⁊ vxorē nō valz. Tū si iste debitor vult cedere cōditionē marito : quā hz aduersus mulierē.potest vti exceptiōe aduersus maritū:si petat ab eo. Itē si mulier hāc pecuniā accepit aio lucrifaciēdi: vel furādi ꝓpetet marito post diuortium actio furti cōtra mulierē:q⁹ interest mariti nūmos nō intercipi. ¶ De peculio. Habebā seruū cui dederaz peculiū: vt negotiaret.iste seruus ꝓtraxit cū meuio:ita vt ei deberet centuz:⁊ dedit fideiussores sui cōuentus a meuio:⁊ condēnatus solui meuio.hic queritur nunq̄d etiam fideiussores liberentur. Rñdetur q̄ sic. Nā vna pecunia soluta pōt liberationē efficere in diuersis cāis:sicut ꝺ facit:q⁹ me liberat actōe de peculio:⁊ fideiussores serui liberat actiōe fideiussoria. Et adducit iulian⁹ simile. Nā si quis cōuentus in iudicio satisderit iudicatuz soluī:postea condēnat⁹ soluat a duabus actionibus:scz ab actione iudicatum soluī:⁊ ab actione ex stipulatu:ipse ⁊ sui fideiussores liberantur vsq̄ ibi sed magis simile vbi arguit contra predicta fic.'possessor hereditatis qui se heredem esse putat:si soluat creditoribus,heres verus non liberatur:ergo vna solutio non efficit liberationē in duabus causis. Sed rñdetur q̄ hic ideo secus est:q⁹ iste possessor hereditatis soluit pecuniam indebitam suo noīe.ideo habet eius repetitionem:q̄ obrem heres non liberatur cū pecunia possit creditori auferri. ¶ Qui hominem. Tu promisisti mihi hominē in genere soluisti stichuz qui erat statuliber.i.manumissus sub conditione: si mauis ex asia veniret.dubitatur hic an liberat⁹ sis:vel an sit expectanda conditio: vt si deficiat remaneat seruus stichus.⁊ sic bene sit solutus. Sed rñdetur q̄ non liberaris:nec est expectanda cōditio istius manumissionis:imo ego possum agere contra te statim:ad seruum mihi soluendū.tu vero poteris condicere seruū quē statuliberū soluisti. Si vero interim conditio libertatis defecerit:tu eris liberatus hac solutione stichi. ⁊ ponit affricanus iurisco⁹.exemplu:veluti si q̄s debet centum sub conditione.⁊ soluit per errorez:scz se credēs pure debere si conditio interim extiterit:non pōt repetere. Sz ponamus q̄ iste stichus mortuus est,⁊ postea cōditio deficit; an liberatus es.rñdetur q̄ non:licet stichо viuente si conditio defecisset tu fuisses liberatus. ⁊ ratio est:q⁹ isto casu tua solutione nunq̄ dñium serui in me transtuliſti. Item sequeretur inconueniens. Nam si promisisti mihi seruum in genere: ⁊ soluisti pamphilū:in quo titius habebat vsumfructuz ⁊ vsufructū,nō finito seruus pamphilus decessisset.tu esses liberatus: qō tamen nihil est,quēadmodū si soluisses seruū cōem. ⁊ is interim decessisz hoc dicit iste.§.difficilis.⁊ ideo ieiuno stomacho scripsit. ¶ Si quis ꝓ reo. Titius tenebatur mihi aliqua actione temporali qui fuit missus in prouintiam aliquā causa reipublice ipso absente actio mea prescripta est qua de re fui male contentus. Quidam amicus titij dixit mihi ne te cruties propter prescriptionem huius actionis ego fideiubeo pro titio:q̄ nunc reuersus est. ego habeo annū ad petendam restitutionē in integrum contra prescriptionē istius actionis qui preterijt anteq̄ peterem restitutionem.⁊ sic ego non potero agere contra titium. Nunc queritur:an saltez ipse fideiussor teneatur q̄ post prescriptionem actionis fideiubendo videtur prescriptionem interrupisse:licet annus restitutionis preterierit. Et rñdetur q̄ fideiussor tenetur. Quia restituitur in eum actio ex edicto. Sicut restituitur actio in illum fideiussorez qui occidit hominem promissum ab aliquo:pro quo ipse fideiusserat:q⁹ licz actio pierit mortuo homīe, tamen q⁹ ipe fideiussor occidit actio in eum restituitur. ¶ Qui ꝓ te. Tu accepisti pecuniā mutuam a titio pro qua fideiussit meuius. ⁊ dedit pignus ꝓ sua fideiussione. Meuius iste fideiussor instituit te heredem. ⁊ sic expirauit actio fideiussoria:q⁹ tu teneris quasi principalis. q̄ritur tamē an pignus qō meuius obligauit teneat. Rñdetur q̄ sic. Sed ponamus q̄ creditor tuus nō fuit contentus de fideiussione meuij. sed voluit a meuio habere alium fideiussorem:quem etiam ipse meuius pro se dedit.postea te heredem meuius instituit. An etiam iste secundus fideiussor teneatur. Respōdetur q̄ sic.sublata obligatione meuij pro qua pro te fideiussit.

¶ Si soluturus. Debebaz tibi centum aureos.volebam tibi soluere ⁊ obtuli tibi. Tu dubitabas an ista pecūia esset bona siue probabilis noluisti eam recipere.tamen contentus fuisti q̄ deponeretur apud quēdā nūmulariū:donec videretur si pecunia esset bona. Ista pecunia perdita est. Queritur cuius periculo perierit tuo an meo,rñdetur q̄ tuo periculo ꝓ̄t Et hoc verum est si per te stetit:quominus pecunia probaret:q⁹ tunc habendum est perinde atq̄ si noluisses recipere:quādo tibi obtuli. Nam quando debitor offert pecuniam creditori ⁊ nō vult recipere ⁊ pecunia perijt debitor liberatur.hoc ita si debitor obtulit pecuniam debito tempore ⁊ loco. Item idē est in hoc casu: vt ecce vendo tibi certaz mercem tu promittis pro ea precium. Tu eras homo modice fidei:q⁹ solebas accipere quinquēnellas:aut q⁹ abnegasti proprium signum tuum manuale:ideo nolui tibi tradere merces meas anteq̄ pecuniam mihi numerares. Tandem conuenimus vt iste merces deponātur apud certum hominem. ⁊ etiam precium. Queritur cuius periculo sunt merces ⁊ pecunia deposita. Respondetur q̄ si emptor elegent eum apud quem deponeretur est periculo suo. Item merx deposita est etiam periculo emptoris. Ratio q⁹ emptio est perfecta.⁊ sic periculuz rei vendite transit ad emptorem.

¶ Si quis pro me. Debebam titio centū:pro quibus obligaui ei pignus aliquod. Meuius amicus meus soluit pro me:me ignorante. dicitur hic q̄ acquiritur mihi actio pignoratitia ad repetendum pignus meum vsq̄ ibi. Item filius Pater meus faciens testamentum instituit me heredem:⁊ legauit certas res titio ⁊ seio.isti duo legatarij petierunt se mitti in possessionem causa legatorum seruandorum. postea soluī legata.dicit iurisco⁹ q̄ legatarij debent discedere de possessione legatorum:alioquin nascitur mihi interdictum quorū legatorum ad restituendam mihi possessionem.

¶ Eo crīmine. Ista lex cuz duabus sequentib⁹ plane sunt ¶ In numerationibus. Pulchra lex, ⁊ in principio suo ꝺ

dicit q̄ sepe vna numeratione tollūtur due oligatōnes. pone sic casum. Tu mutuasti mihi decē p̄o quibus dedi tibi pign⁹ vendidi tibi hoc pign⁹. hic tollūtur due actiones. p̄ima que nata erat ex hac numeratione scz certi conditio ex mutuo. secūda que est ex vendito. q̄ mihi cōpetijsset si nihil tibi debuissez. Item ponit aliud exemplum. meuius dedit cuidā pupillo pecuniā mutuā. postea instituit pupillū heredem sub conditione si hanc pecuniā soluat. Si pupillus hāc pecuniā soluat. videtur soluisse in duas causas. p̄imo indebitū suū. secūdo vt legatū consequatur. Item aliud exemplū. si titius legauit vsumfructū certe pecūie. heres numerādo pecuniā legatario duo efficit. Nam seipsum liberat ⁊ legatariū obligat ad restitutionez illi⁹ pecunie finito vsufructu. aliud exemplū clarum est.

¶ Camuis. Sempronius duxerat in vxorē bertā a qua dotem centū aureorū recepat: p̄ qua dote obligauit sibi fundos quosdā, ⁊ p̄misit q̄ si matrimoniū solueret daret in solutū hos fundos p̄ dote. Solutū est matrimoniū. nūc dubitatur vtrū mulier possit fundos istos petere. Rñdetur q̄ non. si maritus vult reddere dotē quā accepit. ¶ Idez frōtoni. Seius fuit tutor alicui⁹ pupilli accusat⁹ est crimīe capitali ab aliquo. tamen perseuerauit in administratiōe. queritur an debitores pupilli possint huic tutori soluere. rñdetur q̄ sic.

¶ Si quis aliam. Ista lex sub paucis v̄bis ponit quattuor casus. p̄imus est. Tu promisisti mihi fundū cornelianū. ego fui cōtentus accipe fundum sempronianū. iste fundus sempronianus est euictus a me. dicit̄ h̄ q̄ p̄ima actio durat mihi. Item alius casus. si tu soluisti mihi fundus quē debebas ⁊ pars eius est euicta. dicitur q̄ obligatio manet insolidus. rō redditur in textu. duo casus sequentes facile intelligūtur per p̄cedentes.

¶ M pupillo. Mutuaui pupillo centū dū ab eo peterem vult se defendere dicens se nō esse locupletiorē factū ex ista pecūia. ego dico q̄ sic. ⁊ facio eū vocari in ius. hic q̄ritur si pupill⁹ sit locupletior quo tpe dz illō inspici. respōdet̄ q̄ tempore litis contestate. q: si tūc habeat saluā illā pecūiam vel eā in vsus necessarios cōsumpserit tenebit̄ mihi eam soluere. naz cū rem necessariaz emit intelligit̄ esse locupletior sicut a simili cessat senatusc̄ōsultū macedonianū quādo q̄s mutuat filiofa. in vsus necessarios: licet postea illā pecuniam p̄diderit.

¶ Itia cum. Titius duxit in vxorē bertā: a qua dotem accepit. ⁊ p̄o hac dote mulier possidebat bona mariti. et omia agebat sicut dña omniū bonorū. redditus exigebat. res mobiles vēdebat. post hoc solutū est matrimoniū. mulier vult habere dotem suā. nūc queritur vtrū ea que recepit: cū vt dña administraret sint ei cōputanda in dotez: vt scz tantominus p̄cipiat. Rñdetur q̄ sic. ⁊ hoc vsq̄ ibi sz si forte. Sed ponam⁹ mulier ꝓpter retardatā solutionē dotis debz habere vsuras. nunc pone sic. Mulier ista petit dotez suam q̄ forte erat mille aureoruz. admīstrando recepit forte ducentū aureos. vsure autem: que sibi debentur rōne retardate solutionis dotis sunt cētū ⁊ quinquaginta. vir dicit dñe iudex coputent̄ sibi in dotem ducentū que recepit ex admīstratiōe. mulier rñdet: non dñe. sz p̄ius cōputentur in vsuras quas mihi debet. hic queritur q̄d iudex facere debet. Rñdetur q̄ p̄ius cōputabit in vsuras de istis ducentū: scz centū ⁊ quinquaginta. ⁊ alia quinquaginta ꝓpensabit sup dote. sic q̄ p̄imo ⁊ āte oia vsure delebunt̄ de libro viuentiū. postea sup ceteris ponet̄ ratio. h. d. hec lex scabrosa ⁊ difficilis.

¶ Olutā pecuniā. Ista lex ponit modos soluēdi ⁊ q̄bus modis quis liberatur soluēdo: ⁊ quib⁹ psonis vsq̄ ibi. ¶ Nō si acceptolatū sit. Ubi dicit q̄ licet acceptilatiōe tollatur obligatio. tamē remanet pignoris datio siue obligatio.

¶ Si cū aurū. Promisi tibi massam auri vsq̄ ad sex libras ego versut⁹ nō solui tibi ignorāti es p̄o auro: an liberor rñdetur q̄ non. Item licet nō liberor tū non possuz repetere illud es q̄ sciens solui. tamē si tu petas a me aurū. potero te repellere exceptione: donec mihi es reddideris.

¶ Ispensatori. Pone casuz habebam admīstratorē oīm bonorū meorū qui solebat recuperare debitā mea: aliqui debitores ei soluerūt. aliqui vero non. Reuocaui hūc dispēsatorē ab administratione sua ignorātibus debitoribus. dubitat̄ si postea ei soluant ignorantes reuocatū liberen̄. rñdetur q̄ sic lex sequēs plana est. legis sequentis casuz pone. s. e. l. ſ. p me.

¶ Olutionis. verbū solutionis pertinet ad omnē modum liberandi debitorē. qualitercūq̄ fiat.

¶ Si sic soluit. Debebā tibi cētū. ego soluo tibi sub hac conditione vt iterū a te recuperem an liberer. Rñdetur q̄ non: q: nō alienātur nūmi: qui sic dantur vt recuperētur iterum. lex sequens plana est.

¶ Si quis. Tu debebas mihi decē aureos ex stipulatu q: carebas pecunijs dixi tibi vis mihi soluere decez cados mellis vl̄ olei ꝓ illis decē aureis quos mihi debes. Tu p̄mittis. dicit̄ hic q̄ tu potes soluere mel vel oleū: si hoc facias anteq̄ agam cōtra te ex p̄ima stipulatiōe ad decē aureos. Nam si semel litē fuero cōtestatus cōtra te: amplius nō poteris soluere mel vel oleū. Sicut euenit a simili in hac stipulatiōe: p: mittis mihi aut titio centū. Nam titio pōt solui anteq̄ lis cōtestetur. postea vero non.

¶ Si quis offerenti. Titi⁹ erat absens in longinqua regione. meui⁹ amic⁹ suus videns negotia sua pire: ⁊ possessiones suas ⁊ domos ruinā minari: gessit negotia ipsius titij: iterque recupauit aliqua debita a debitoribus titij. hic queri⁹ q̄ liberētur debitores titij soluēdo huic meuio negotiorū gestori. rñdetur q̄ tūc demū quādo ipse titi⁹ ratā hēbit solutionem ab eis factā. Sed dubitatur vtrum interim q̄ ratū nō hz titi⁹ debitores possint hanc pecuniā solutā condicere. distinguit̄. aut ipsi soluerūt eo aio vt statim liberen̄ non expectata ratihabitione dñi negotiorū: ⁊ tūc poterūt condicere pecuniā solutam. Aut soluerūt ea intentione vt tūc demū liberētur: cum titius creditor ratuz habebit. tunc non poterūt condicere nisi cū certū sit titiū nō habere ratam hāc solutionē. ¶ Si creditor. Meuius creditor quorūdam hēbat ꝓcuratorē: cui ignorante meuio est facta solutio. postea iste meuius dedit se ad arrogandum sempronio. dicitur hic q̄ si pater adoptiuus sempronius habeat ratā solutionē debitores liberant̄. Si vero nō hēat ratā. tūc debitores poterūt condicere pecuniā ab isto ꝓcuratore meuij cui soluerūt. ¶ Et si duo. Titius ⁊ meuius stipulati sunt a seio centū aureos. ⁊ sic sunt duo rei stipulandi vnus eoz puta titius erat absens cuius ꝓcuratori soluit seius: ⁊ anteq̄ titius ratū haberet soluit etiā alteri. certe posteriori solutio est in pendēti an sit solutio vel non. Nā si titius cuius ꝓcuratori p̄imo solutū est habeat ratā solutionē: alter puta meuius recepit indebitū. Si nāq̄ titius ratū nō habeat meuius recepit debitū.

¶ Si ita stipulatus. Stipulatus sum a te centū mihi aut titio solui. certum est q̄ tu potes liberari soluendo titio. Sed ponamus q̄ tu postea constituisti te mihi soluturū. ⁊ sic cōpetit mihi actio de constituta pecunia. dubitat̄ vtrū adhuc possis soluere titio adiecto. Rñdetur q̄ sic. itē stipulatus sum a pamphilo filiofami. mihi aut titio decem dari. dicitur hic q̄ pāphili pōt soluere titio ex peculio filij: dū modo suo nomine soluat. ⁊ reddit rōem: q: soluendo adiecto in obligatiōe: videtur debitor soluere p̄incipali. postea cōcludit ex p̄dictis. q̄ si adiecto in obligatione soluatur indebitū: illud pōt a principali stipulatore cōdici: q: nihil refert an ego te iubeā adiecto soluere. an vero ab initio stipulatio ita concepta sit.

¶ Si qui alienū. Titius p̄misit mihi hominē in genere. ipse soluit mihi hoiem alienū. queri⁹ an liberet. rñdetur q̄ si ego vsucepi hoiem istū q̄ titius liberabit̄. finaūt non vsucepi non est liberatus.

¶ Quotiens. Debebā tibi seruū stichū in specie. iste stich⁹ aliqua ex causa puenit ad te: ita q̄ tibi ꝓpterea nihil ab eo est. hoc est dicere: q: forte tibi nihil cōstitit. nūc queritur vtrū ego sim liberat⁹ a te. rñdet̄ q̄ sic. dūmō id q̄ ad te puēit a nullo possit peti vl̄ repeti lex sequēs pōit casuz ad logū.

¶ Si debitor. Debitor tu⁹ habebat vsumfructū in aliquo

seruo: tu accepto tulisti huic seruo debitoris tui. queritur vt debitor tuus liberetur. rñdetur q̄ sic.

Cum iussu meo. Tu debebas mihi centū aureos iussisti soluere creditori meo. hic fiūt due liberatões. primo tu a me liberaris. secūdo ego liberor a creditore meo.

Si filia. Titius homo mente capt⁹ hēbat filiā que erat nupta titio: titius maritus mortu⁹ est. Querit cui dos solui possit cū pater filie sit furiosus. rñdetur q̄ pōt solui curatori ipsius patris furiosi: dūmodo filia consentiat.

Si pupilli. Titius debebat decē pupillo meuio qui tutorē habebat. pupillus sine tutoris sui auctoritate iussit titius soluere seyo creditori suo. dr hic q̄ pupill⁹ liberat a seyo suo creditore. Titius tū manet obligat⁹ ipi pupillo. Tamē si pupillus petat a titio poterit se exceptione tueri. Quid aūt erit si iste titius nō erat debitor pupilli: an poterit cōdicere pecūiam a pupillo quā soluit iussu ipsi⁹ pupilli. rñdetur q̄ nō. qr pupill⁹ isto iussu nō potuit se obligare sine tutoris auctoritate. An autē a creditore cōdici possit hec pecunia. rñdetur q̄ nō: qr debitor videt extraxisse cū ipso creditore iussu alterius. Tamē ne pupill⁹ remaneat in lucro cū aliena iactura: pōt cōuenīri actiõe vtili in quātū factus est locupletior vtpote debito liberatus.

Si quis duos. Tu debebas mihi duos boues i genere. vna vice soluisti mihi vnū. scz pāphilū. & sic restabas mihi debitor in alio. Iste pamphilus reuersus est in ptātē & dñi um tuū. tu iterū soluis eū mihi. querit an libereris. rñdetur q̄ sic. Sicut cōtingit in pecunia numerata. Nā si q̄s mihi debeat centū & det mihi. xx. ego q̄ illa. xx. ei reddā: & ipse itez mihi det sic q̄ quiquies faciat vsq̄ ad centū videbit. mihi soluisse, licz quidā fuerint in cōtraria opinione vt in textu. vide.

Si seruus. Sempronius morties iussit seruū suū liberū esse sub conditiõe si decē dederit pupillo: nec refert an pupill⁹ iste heres sit: an nō. Quaritur vtrum absente tutore pupilli possit iste seruus soluere decē pupillo. & sic libertatē cōsequi. videbat q̄ sic. Nā si testator iussit seruū suū liberū esse si pupillo seruierit pōt seruus absente tutore seruire pupillo: & libertatē cōsequi. ergo etiā dando decē tutore absente. Et anteq̄ rñdeat iurisconsul. huic questioni subiūgit aliā ibi. Et q̄d inquit. Quid si testator aliquis vel ali⁹ iussit seruū suū liberū esse: si furioso decē dederit. An poterit decē dare furioso absente curatore. Nūc rñdet vtriq̄ questioni ibi & sciendū. dicēs q̄ in ambobus casib⁹ recte soluitur tutori & curatori. ipsis autē pupillo & furioso nō recte soluit tutore vel curatore absente ne forte hoc q̄d soluitur pereat imbecillitate pupilli vel furiosi. Nec eñ fuit mens ipsi⁹ testatoris vt detur quomodocūq̄: sed vt secure detur: ne res pereat hec dicit hec lex pulchra & aurea.

Si hominē. Stichus seru⁹ meus: in quo titius vsumfructum habebat dedit tibi dānum. Tu me facis conuenire vt aut damnū resartiā tibi aut seruū dem. p nora. dedi tibi seruū p nora: qui erat obligat⁹ creditori meo vel in quo ali⁹ habebat vsumfructū. querit quid iuris. rñdetur q̄ tu poteris mecū agere iudicati actiõe. Nec erit expectandū q̄ creditor eū vendicet actione seruiana vel q̄ vsufructus sit finitus. tamen si causa pignoris sit finita liberabor a te.

Quod in diē. Si p̄misi tibi soluere decē in pascha possum tibi statim offerre: qr mediū tēpus apponitur gratia debitoris.

Cum decem. Planū est hoc principiū. Si fideiussor. Titius debebat mihi centuz p quib⁹ dedit mihi fideiussorē qui fideiussit vsq̄ ad certū tēpus obtulit pecuniam p curatori meo: siue vero siue falso & solvit post tēpus fideiussio nis finitū ego habui ratā solutionē. dicitur hic q̄ iste fideiussor nō potest pecuniā repetere: qr soluit eo tpe quo tenebatur nec erat finitū tēpus solutionis. sed & poterit agere mandati aduersus debitorez quasi mihi creditori ipsi presenti soluisset. Sed ponamus q̄ ego ignorauī solutum esse procuratori meo accepto tuli seruo debitoris mei vel filio eius. post autē cū sciui q̄ solutū essz procuratori meo ratū habui. dicitur hic q̄ solutio cōfirmatur & acceptilatio fit nullius momenti. Itez si ego creditor ignorās solutū esse litē sum cōtestatus cū debitore meo & pēdente iudicio ratū habuero debitor debet absolui. Si nō habuero ratū debz condēnari. h. d. iste. §.

Qui decē debz. Tu debes mihi decē ex aliqua cā venis vna dicrū & offers pecuniā hāc mihi. Ego homo superbus nō aduerto ad te & nō recipio hāc pecuniā tu recedis cuz hijs nūmis. & post aliquod tēpus pdis istaz pecuniā. ego peto a te debitū istud. Tu rñdes dñe mi quid petis. certe nodū in scirpo queris. ego pdidi hanc pecuniā quā altera die obtuli tibi si accepisses: ego essem nūc liberatus imputa tibi ipsi: q̄ perdita est pecunia. certe nō dabo tibi aliaz. surge & ambula qr nihil aliud a me consequeris tolle igitur grabatū tuū. et vade in domū tuā dubitat an bene excipiā. rñdet q̄ sic. Itez si mulier dedit seruū in dotē soluto matrimonio si vir offert: & mulier nō vult recipe fuus q̄ moritur liberatur ipe maritus.

Si cū mihi. Tu debebas mihi seruū stichuz interpellauite vt eū solueres tu nō soluis. & sic es in mora. post hanc morā promittis mihi hūc seruū sub cōditione si nauis ex asia venerit. pendēte ista conditiõe seru⁹ decedit. nūc querit vtrū debeas mihi seruū. videt q̄ sic: qr ista nouatio fieri nō potuit. ergo remanet prior obligatio in qua tu morā cōmisisti. & sic teneris. Sed tū rñdet q̄ debitor qui post moraz promisit mihi creditori stipulāti non videt fuisse in mora. qr etiā q̄ post moram offert ipse purgat morā. ergo ille etiā eā purgat quivolēte creditore post morā ei ꝓmittit. Sed ponam⁹ q̄ post morā factā in soluēdo sticho ego ab alio euz stipulor q̄ a debitore: an mora sit purgata. rñdetur q̄ sic sicut si aliqs alius obtulisset mihi hūc seruū p debitore meo. nā liberaret ista oblatiõe: si ego recipe noluissem. Item respōsuz est. Fur quidā furripuit mihi seruū quendā ego stipulor ab eo fure q̄cq̄d ipse mihi facere siue dare dz: licz fur semp sit in mora: tamē si seruū offerat & ego nolim accipe. & postea seruus decedat fur liberat. Sed pone q̄ tempe istius stipulatiōis fuus a fure ꝓmissus sit in ꝓuincia & prius q̄ ꝓueniret in man⁹ furis decesserit. certe fur nō liberat qr nūquā obtulit eū mihi cum facultatē nō habuerit eū mihi offerēdi. Stichū aut pāphilus. Promisisti mihi stichū aut pamphilū cū pāphilus eēt me⁹. & sic mihi deberi nō potuit. Itē ponam⁹ q̄ me⁹ esse desierit an liberabitur debitor soluēdo eū. rñdet q̄ non qr nec obligatio nec solutio videt in pamphilo cōstitisse. cetera hui⁹. §. vide p te. Qui hoiem. Iste. §. ponit quos homies soluēdo quis liberari nō potest prio si hoiem debeo & soluo statuliberū nō liberor. Itē si soluo seruū q̄ dānum dederat & non est solut⁹ noxa nō liberor. Itē & ille qui soluit seruū qui fuerat dedit⁹ noxe non liberabitur qr min⁹ dat q̄ ille qui soluit eū qui nō est solut⁹ noxa. Sed quid si dedit hoiem vesptilionē. i. eū qui nō videt nisi ō nocte. certe seruū quidē dedisse videt lz min⁹ bonū: tū pl⁹ dat q̄ ille q̄ dat eū qui nō est solut⁹ noxa. aut eū qui dat⁹ fuit p noxa. rō qr isti possunt auferri ab eo rōe noxe. vesptilio aūt non pōt a creditore auferri. Promisor. Tu debebas mihi seruū aliquē soluisti talē qui aliquo casu nō pōt p me ad libertatē perduci: an libereris. rñdetur q̄ nō. qr oportet q̄ me pleno iure facias dñm serui quem mihi soluis.

Btriginta. Titi⁹ debebat mihi triginta aureos p. xx. dedit mihi fideiussorē p alijs decē dedit mihi pignus. Ego vendidi pignus istud & sum cōsecutus ex eo. x. aureos. Nunc queritur vtrum ista decem debeant deduci super tota summa sicut fit quando debitor ex magna summa soluit partem & nihil dicit super qua deducit. nam tūc deducitur super toto vel an debeant ista decem deduci super. xx. pro quibus fideiussor interuenit vt sic fideiussor liberetur in decem vt potius videatur debitor soluisse in illam summam pro qua fideiussorem dedit. Tamen in fine concludit q̄ creditor potest deducere in illam summam scilicet in decem que solus debebat hoc est sine fideiussore glosa ponit casum in lege sequenti.

Sicut acceptilatio. Si tibi fecero generalem acceptilationem qui es debitor meus omnes actiões quas habeo contra te perimũtur. Ita etiam si instituero te heredẽ omnes actiones dilabuntur.

Modestinus rñdit. Bone casuꝫ in pluribus tutoribus vel in pluribus fideiussoribus. Tres erant tutores vnius pupilli: vel tres fideiussores vnius debitoris vnus tutor soluit id quod debebatur pupillo rõne male administrate tutele: vel vnus fideiussorum soluit totũ debitũ pro quo fideiusserant tres fideiussores. In soluendo nihil dixerunt de actionibus cedendis. post vero interuallum soluens vult ꝙ sibi cedantur actones dicitur hic ꝙ non põt illud petere. postꝫ eo tempore quo soluit nihil dixit. Si vero ante solutionez vl' in solutione hoc actum est: vt sez mandarentur actões. ⁊ postea cesse sunt actiones: cessio valebit. ⁊ reddit rationem ibi cũ nouissimo ⁊c.

Liberto. Seruus stichus cum manumitteretur promisit prestare operas post manumissione ⁊ cum conueniretur vult se defendere dicens: ꝙ nõ tenetur de operis quas promisit: qz sit contractus factus in seruitute. de quibus manumissus non tenetur. Sed hec allegatio non valet: qz ista promissio non censetur esse facta in seruitute. sed prope in ipsa libertate: cum non esset consequutus libertatem nisi operas promisisset.

Si alieni. Tu debebas mihi decem aureos soluisti mihi de pecunia aliena puta titij: ipso titio inuito. certe tu non liberaris: qz nũmi manẽt eius cui' fuerũt ãte. Si autẽ ita mixti sint vt abinuicem tui ⁊ alieni discerni non possint: tũc acquiruntur mihi creditori sed dño nummorum competit actio furti pro bijs nummis.

Si pecunia. Titius debebat mihi centum aureos vult eos mihi soluere iubeo vt ponat ibi ante me: ⁊ dimittat ibi. dicitur hic ꝙ titius liberatur cum illa pecunia a nullo possideatur acquiritur mihi ⁊ longa manu tradita esse videtur.

Rout quisꝫ. Ista lex nihil aliud dicit ꝙ ꝙ ois cõtractus soluitur per ea per que factus est: vel ligatus vt si verbis factus sit verbis dissoluatur si re etiã rei solutione soluatur. Si consensu: tunc dissensu soluatur.

Si stipulatus. Clarũ est hoc principiũ. Si lancem. Iste §. põit pulchrã practicã. Titius deposuit apud me lancem. i. scutellam auream vel argenteã. Ego decedẽs relinquo quattuor heredes duo a me petũt hanc lancẽ. ista lex dat cõsilium ꝙ adeã iudicẽ: vt eius auctoritate seu precepto restituaz illis duobus. ⁊ sic liberabor ab alijs duobus heredibus. Si tamẽ sine p̃cepto iudicis restituã illis duob' ⁊ bona fide. potero liberari: ꝙ iulit tũ tuti' eẽ ꝙ restitutio fiat auctoritate iudicꝭ.

